

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

P. 1-3 nebst Inventarium

Gerson, Jean

[Straßburg], 1488

Sermo in die circumcisionis coram papa: Apparuit

[urn:nbn:de:bsz:31-300759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300759)

vel administratio fauendo seu extra inter
 dicta supras eligendo vel caluniosos in al
 legando menti. etiam ultra predictas penas. cu
 iudicis gradus stat^o seu peminente existat
 ecclesiastice vel mundane. sic puniat. ut ym
 dicte rigo: trascat ceteris in exemplū. ¶ Et
 aut metus seu impulsionis molestia in electio
 ne pape eo formidulosi^o euitet. q^o tori t^o p^oia
 nitan lametabilibus eoz inculsio seu factio
 pperet. ultra predicta spealit^o ducim^o statuē
 diū. q^o si q^o h^o mōi metū vel impulsionem aut
 violentiā electo: ibo ipsis vel alicui eoz in
 electione pape intulerit. seu fecerit aut fieri
 pcurauerit. vel factū ratū habuerit. aut i
 b^o cōsiliū dederit vel fauorē. facientem ve
 scienter receperit vel defenauerit. aut
 negligens in executione penarū inferius
 memoratarū extiterit. cuiuscūq^o status gra
 dus vel peminentie fuerit. etiam si imperia
 li regali pontificali aut alia quib^o ecclesiasti
 ca aut seculari pfulgeat dignitate. illas pes
 nas ipso facto incurrat. q^o in pstitutione fe
 licis recordationis Bonificij pape octauū
 que incipit Felicitas. pntent^o illis effectua
 liter puniat. Ciuitas vero etiā si q^o ab sit
 vrb^o Romana fuerit vel alia queuis vni
 uersitas. que talia facienti cōsiliū vel au
 xilium dederit aut fauorem. vel infra men
 sem saltem taliter delinquētem prout tan
 ti facinoris enormitas egerit et facultas
 ei affuerit non ducit puniendum. coipso
 subiacet ecclesiastico interdicto. Et nihilo
 minus pter dictam vrbem/pōrificali et su
 pra. coipso sit puata dignitate. non obli
 tibus ptillegijs quibuscūq^o. ¶ Volu
 mus insup^o q^o in sine cuiuscūq^o cōciliū gene
 ralis hoc decretū publicetur solēniter. nec
 nō quādocūq^o et vbiq^o romani ponti
 ficis electio imminet facienda. ante in
 gressum conclauis legatur. et publice in
 t^o m^o.
 Finit.

et saluatoris nri. ad eam^o cū fiducia thronū
 gratie eius. ut miam eius cōsequamur et g^o
 tiam in auxilio opruno. Nā q^o finis noster
 sup nos. et nos debilitati cōfractiq^o iacem^o
 in imo et limo pfigurur. cōfundat pelagia
 na heresis. q^o gratiā dei p subleuatione ne
 cessariam/abnegare psumit. Rursus q^o de
 grā dei sermo habēdus est et de noie Jesu/
 quē nemo pōt dicere nisi in spūsancio. ut
 ipse Jesus fm nomē suū sit nobis Jesus.
 ut pterea condēnatos in curia iusticie gra
 tie nos curia suscipiat. dum interim sedet i
 throno sue gratie. pūq^o legitimū temp^o cō
 parendi ptereat/appellem^o ad curiā et thro
 nū grē. allic nos pntemur in p^o s^o sionib^o
 vbi soror nostra mater est eiusdē gratie. et
 aduocata nostra. que plane despiciere nos
 non poterit. Caro enim et sanguis noster
 est et curie sue iura defendet/ iura grē. S^o
 quis est iste thronus gratie. Ille pculdus
 bio puer hodie circumcisus. cuius vocatū
 est nomen Jesus. ut per iesum gratia fieri
 sicut lex per moysen data est. ut saluaretur
 mundus per ipsum. quem vidimus plenū
 gratia. immo gratiātū. Deus meus. mi
 sericordia mea. inquit propheta. Et quid
 misericordia nisi gratia. ¶ Sed dicit for
 tasse timidior aliquis. Ego apertos habē
 oculos cordis in lumine fidei. et lucerna es
 uangelice veritatis hodiernē/ intueor in h
 puero seueritatem diuine iusticie seueram
 valde. que etiam proprio filio dei non pep
 cit. quin eum nuditati et frigori et duro vul
 neri dū tenellus circumaditur/ exponeret
 Et tu mihi apud ipsum puerum inuenire
 thronum gratie repromittis. Si in vrb^o
 di hoc fecit deus. si innocentiſſimo filio nō
 pepercit/ in sicco quid fiet/ peccatorib^o ser
 uis qualiter ignoscat. Quin etiam mater
 eius. mater benedicta. quibus oculis pec
 catores inspiciet/ qui tota hodierni dolo
 ris sui causa sunt. qui totam sue grandis
 anxietatis materiam prebuerunt/ dum p
 pter eos vnigenitum dilectissimum/ ex a
 cri vulnere cruentum/ ex nuditate et frigore
 vagientem cognoscit et dolentem. Quero
 quisquis hoc dixerit sciat nil tale timendū
 satisfactum est iusticie/ satiata est. non pu
 niet bis in id ipsum eum qui gratiam hui^o
 pueri flagellati meruit. qui factus est a deo
 nobis iusticia atq^o redēptio/ in q^o et si iusti
 cia appareat in ei^o attritioe. ppter peccā nra
 supeminēter tū apparet grā dei. q^o vt seruū

Sequitur sermo

eiusdē cancellarij factus in die circūcisōis dñi corā papa apud rarasconam.

¶ Apparuit grā dei et saluatoris
 nri omib^o homib^o/ crudiens
 nos. ut abnegātes impietate
 et secularia desideria/ sobriez
 iuste/ ac pie/ viuamus in hoc
 seculo. et reliq^o que nūc audiuit ex eplā pau
 li. vestra deuotio. Quā apparuit grā dñi

¶ Sermo factus in die

redimeret tradidit filiū / q̄si peccatorē puniendum. Sed et tu virgo dignissima non abhorre peccatores. sine quibus nunquā foret tibi digna filio qui licet ex te genitus est. attamen nobis natus nobis datus. Adimus ergo cum fiducia te. et filium tuum. In quibus talis apparuit gratia dei ut tu mat̄ dei fieres iuueniēdo gratiā apud deū / et ipse hō fili⁹ dei diceret. Ita ut nō dubitauerit Aug. asserere. nullā in rebus p̄ ip̄s ortis maiorē ista esse gr̄am / dū verbā caro factū est. De h̄ verbo locutus⁹ dei ipse nob̄ gratuita benignitate v̄bū efficac̄ et fructuosum. meritis et p̄cib⁹ tuis v̄go gloriosa / que ab angelo vocata es gr̄a plena a tonomatice. et diuina salutatiōe quā repetim⁹ dicētes. **Aue rē.** ¶ Apparuit gr̄a dei et saluatoris nostri. et reliq̄. Exhilarare te q̄ perieras / miserā de hō / erige aures / audi. et gr̄as age / quā apparuit gr̄a dei. datū certe optimū et donū p̄fectū. quā gratia dei vita eterna. et si domin⁹ dat gr̄am. dabit et gl̄iam. Nō igit̄ in uanū hāc dei gratiā accipias / nō p̄ ingrati tudinē in hui⁹ anni p̄ncipio enceniū tam insigne p̄cipēdas. Et attendas vigilant. qz nō dicit ap̄ls. apparuit sapia dei. apparuit iusticia dei. appuit potētia. Illas q̄ppe magis extimescebat hō rē / p̄ditōr / et damnat⁹. quā d̄siderabat. Quā sapia accusabat et nō hēbat locū negatio. nec valebat excusatio Adā vbi es rē. Si voluerit mecum cōtendere (dicebat Job asilic⁹) nō potero rēdere vnū p̄ mille. Iusticia accusatū p̄dena nabat. et nō inueniebat appellatio. qz audisti vocē vxoris me rē. Propterea idem Job verebatur oia opa sua. sciēs qz nō p̄cerz delinquēti. Hinc qz est p̄phetica supplicatio. nō intres in iudiciū cuius tuo do: qz nō in. in con. tuo om. viues. Potētia d̄nig accusatū et p̄denatū puniebat / et nō erat euasio. A facie man⁹ tue. i. potētie ego defeci / plorabat psalmista. Et rursus quis nouit p̄tatem ire tue / et p̄ timore tuo. i. c. di numerare. Et nemo est q̄ de manu tua possit eruere. Nō q̄rebam⁹ sapiam accusantem. nō iusticiā p̄denantē. nō potētiā executioni sniam demānantē / atqz senientem. Ubi senientē. Senientē nūc in celo extra apostatas āgelos. nūc in paradiso extra parētes p̄mos. nūc in turri babel p̄ cōfusiōnē linguaz. nūc in terra p̄ diluuiū aquarū multaz. nūc in p̄tāpoli peccatrice. p̄ subuersionē p̄uersoz. Tandē in iser⁹ p̄ inclu-

sionē oim. S; solā gratiā misantem et absolūcē petebam⁹. q̄ salui essem⁹ / nō ex operib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos. Et hec hodie nobis apparuit. dum celauit deus potētiā in infirmitate. sp̄iam in infantia. iusticiā in pietate et circūcisionis satisfactiōe. Tā q̄ imposuerit deus silentiū eis. et dedit audientiā totā mie. Ita superatis omib⁹ datur triūph⁹ gratie. Et hec apparuit hodie nob̄ valde necessaria. Nam qd̄ ageret / q̄ se v̄teret hō condēnat⁹ in curia iusticie / si nemini datus esset locus appellationis ad curiam gratie / si non superaret misericordiā iudicium. ¶ Dicamus iterum qz p̄ sempiterna dei virtus atqz diuinitas (teste apostolo) per eis que facta sunt intellecta cū spiciebatur. sicut antea dixerat sapiens. qz ex magnitudine speciei et creature / potest visibiliter earum creator agnosci. Sed et sapientiam eius ex operibus agnouit que clamans dixit. q̄ magnificata sunt opera tua domine / omnia in sapientiā fecisti. Poterat quoqz dei benignitas v̄cūqz agnosci in rerum dignantissima conseruatione et directione in suos fines. sicut potētia ex creatiōe. et sapientia ex gubernatiōe videbatur. Quapropter forte gratiā appellat sapiens nutricem omnium. Sed ex reparatione lapsi. ex re creatiōe deperdit. et iustificatione impij. maxime apparuit gratia dei. Nam que gratia maior / que liberatior. vel dici vel existimari potuerat / qm̄ vt tantum daret deus homini. vt pauper fieret / quis hoc crederet. si nō p̄sciis secretorum dei Paulus assereret. quia pro nobis egenus factus est / vt illius inopia diuites essemus. Gratia insuper qualis mirabilior / q̄ vt taliter compateretur homini misero deus. qz miser fieret. opprobrium et abiectio plebis. Ista nōne sunt viscera misericordie dei nostri. in quib⁹ v̄sitauit nos deus oriens ex alto. In quibus apparuit gratia dei et saluatoris nostri hodie circūcisi. ¶ Amplius vero domina natura. vt huiusmano more loquamur. quāuis in suo creaturarum speculo pulcherrimo. in libro capitissimo. in carmine sonoro. et armonico / monstraret potētiā dei efficientem / et sapientiam exemplantem. et bonitatem cūcta finientem. primum ex v̄nitare. secundū ex v̄tate. tertium ex bōitate creaturaz. Rursus p̄mū ex eaz mō. scdm̄ ex specie. tertū ex ordine. Sicut ex creaturaz mensura potētiā

Circumcisionis domini

Et eam numero sapientia. Et poterat habere in suos fines bonitatem. ut quidam circulo intelligibili ex ipso creatore et per ipsum exemplantem et in ipso finire sunt omnia / nihilominus mundus hac sapientia dei potentia et bonitate cognoscere hunc non significavit deum neque gratias egit. Sed voluerat sibi omnia et obscuratum factum esse insipientes cor eorum et defecerunt scrutantes scrutatio. Quamobrem ordinavit deus facere opus noue gratie supra naturam. ut esset gratia diuina re/gnans nature. Nam gratia eius quod est et in natura supra omnia opera eius. Que gratia habet supra oculos sua luminis ositate cecauerit. illustravit mentes huius mundi. sic exultans iesus in spiritu. Confiteor inquit tibi pater celi et terre. quoniam abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Ita pater. quoniam sic placitum est apud te. Placitum non meriti. ut non gloriatur autem cum stulta presumptio omnis carnis. que in sapientia dei non cognouit. Iam placuit per stulticiam predicatiois noue gratie. saluos facere credentes. Hoc autem opus gratie. apparuit manifeste in eo quod uerbum caro factum est / ubi totum operatur gratia. totum sibi datur. Nil autem paucis habet natura / neque ex radice superiorum astroz et constellationum. sic impietas quidam finxit. Neque ex actione inferiorum elementorum. saltem quod ad modum quod subitum fuit. Ubi preterea patet misericors et misericors dominus. ut saluet et regnet per uaricatorum hominum. Apparuit ergo benignitas et humanitas saluatoris nostri dei ut alibi gaudet apostolus. Apparuit inquam mistis et bech humanitas. ut signum magni in celo celoz deo. Nam sibi hipostatice unione conuicta est et bech quasi mulier amicta sole iusticie quod plena gratie lumine et luna totum mutabilitatis nature sub pedibus eius / ratione auctoritatis impiose. et corona stellaz. quod sunt. et. progratue singulares in capite eius. et diuinitatis sublimitate. Nam et benigna humanitas dei saluatoris nostri uniuersum modum spiritualium eternarumque creaturarum purgat. illustrat. et perficit. superior eis in ordine hierarchico stabilita. ut sol quodam eternitatis. Imperium quod possidet supra uniuersum materiale atque corporatum. ut ex miraculorum operatione monstratum est. Duodecim postremo progratiuis. quasi totidem sideribus coronata refulget. quatuor in compositione ad diuinitatem. Totidem in compositione ad carnem et rursum totidem in compositione ad totam reum uniuersitatem. Considera humanitatem huiusmodi pueri hodie circumcisi in ordine ad diuinitatem. et inuenies quod in ea tanquam in ope perclarissimo super aliud / omne creatum relu-

cent quatuor attributa. que sunt dei potentia. scilicet sapientia. dei iusticia. et supereminet dei gratia que circulo quodam spirituali infimum summo iungit. pacem operans in terra et in celo. Considera etiam in ordine ad carnem et inuenies carnem ab ea quadruplici dote decorari. Agilitate. subtilitate. impassibilitate. et claritate. Et quod in uia non ita fiebat. sed erat speciale dispensationis diuine miraculum. Deinde si consideraueris humanitatem huiusmodi pueri in ordine ad creaturam uniuersam. uidebis eam tanquam instrumentum diuinitatis habere omne partem in celo et in terra in mari. et in omnibus abyssis. huiusmodi illustrat et perficit in celo. uiatores iustificat in terra. alios non plene iustificatos dimittit huiusmodi uel alibi in mari purgationis. Alios obstinatos damnat et deturbat in abyssum damnationis. **A**uero quod multus est huiusmodi sermo. et ad interpretandum difficilis / et ordo nostra ad alia peras expediri desiderat. coartem eam infra limites prius celebratatis. Et duobus quasi gradibus itinere breuiato decurrat. Et dicam quod apparuit gratia diuini primo in humili subiectione sua ad legem circumcisionis. Postquam impleti sunt dies octo ut circumcideret puerum inquit euangelista. Apparuit secundo in populi redemptione secundum nomen saluationis. uocatum est nomen eius iesus quod uocatum est ab angelo postquam in utero perciperetur. Causam reddit angelus apud Dathan theum quoniam saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc modo euangelium cum epistola sociantes. utrunque per alterutrum deducamus sub duobus tantum gratie dei signis. que sunt humanitas seu humilitas primum signum. et secundum benignitas seu caritas. Unum in circumcisione. In nomine natione alterum / ut verum sit quod apparuit humanitas in primo misterio. benignitas in secundo. et gratia in utroque dei saluatoris nostri. **U**terque quis fidelium non perspicuum habeat et compertum / gratias dei hodie apparuisse. dum attendit quod ipse legis conditor. duro se legis vinculo quasi seruus astringit. et fit sub lege uelut infans. uelut impotens. et peccatis obnoxius. Ad quid ita? Nimirum ut ingratitude neque presumptionis humane confunderetur et erudiretur. que in tantam prorupit audaciam / magis uero amentiam / ut diuinitatis maiestatem appetere. uolens esse sicut deus. sciens bonum et malum. propterea deus medicamentum contrarium humilitatis opposuit descendens a summo sue maiestatis / ad ima uilissima nostre humanitatis.

Bermo factus in die

Sic aduersus auariciam primi hominis ipse summā liberalitatez. Sic aduersus gulā ei⁹ ipse summā frugalitatez. Sic aduers⁹ i gratitudine nimitā ipse gratiā oñdit i finitā erudiēs nos facto certissimo. vt abnegātes impietate malā hospite ⁊ sodalē pfidiā ⁊ secularia desideria q̄ mergūt in iteritū. sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in h̄ seculo. Sobrie q̄ ad nos. Iuste q̄ ad primos. Pie q̄ ad deū ⁊ sc̄os. **H**ūiliem⁹ igit̄ aīas n̄ras legi. imitātes hūc puez. ⁊ circūcidam⁹ p̄ disci- pline cultz. vicioz sup̄fluitate a nob̄ ⁊ sen- sū n̄ris. Circūcidat̄ cor a p̄suptiōis p̄pu- tio. ne plus sapiat q̄ optet. nec prudētie p̄ p̄ie iuitat̄. Circūcidat̄ ip̄m ab oī carnalita- tis excessu ⁊ sine for̄dibz colluuiē volupta- tis. sit puz ⁊ mūdū. Circūcidat̄ oculi ne vi- deāt vanitate/os ⁊ lingua ne loq̄nt̄ mēda- ciū/aures ne audiāt detractiōē. tact⁹ ⁊ gu- stus ab oī lubricitate/totū corp⁹ a rebellio- ne s̄ aiā ⁊ tumaci. Ut sobrie viuam⁹ in nob̄ismetip̄is. Viuam⁹ ⁊ iuste apud pri- mos reddēt̄ vniciūq̄ qd̄ suū est. cui vetti- gal. vettigal. cui bonozē. honozem. Viua- mus tādē pie dō adberēt̄s p̄ fiē ⁊ sp̄e ⁊ p̄ caritate/circūcidēt̄s oēm errozē ⁊ sup̄stiti- onē p̄ fidē/oēm desparōz ⁊ p̄suptōz p̄ spem oē odiū ⁊ cupiditate p̄ caritate. Sit in no- bis fides v̄a ⁊ viuā fm̄ vim rōnabile exre- cognitōe inēse sapie. Sit spes certa fm̄ vi- irascibile ex p̄fessioē sūme ei⁹ potētie. Sit caritas seruida/ex p̄sideratiōe sūme beni- uolētie ⁊ gr̄e q̄ appuit hodie in circūcisioē b̄uiliatiōe. Hoc mō sobrie itra nos / nuste iuxta nos ⁊ pie supra nos. viuem⁹ in h̄ se- culo. **S**z vt tibi pessima. vt tibi neq̄ in- grātudo cordis h̄iani/cordis incircūcisi ⁊ certe in h̄iani/dū ad tantā gr̄am norissī- mā dei tui/n̄ corrigeris/nō emolliris/n̄ fle- cteris. Hūilis est ip̄e q̄ est de⁹ b̄ndictus in secula. ⁊ tu cernicē eriḡ. tu sup̄b̄ tra ⁊ cinis Tu sordida pell̄ in flaris ⁊ tēderis. Tu in q̄ in flaris ⁊ tenderis sordida pell̄/saccus stercoz ⁊ v̄mū. Hūilis ē ip̄e legislator tu⁹ ob fūas legem tuā ⁊ tu q̄ tidie legis sue iu- gū suauē ⁊ leuē ⁊ tumacit̄ excutis ⁊ p̄frin- gis. Hūilis postremo inuenit̄ pius erga te misericors ⁊ benign⁹ ⁊ tu plen⁹ impietate. er- rozes fingis. ⁊ seq̄ris sup̄stitiōes/de eo q̄z vel sup̄be p̄sumis. vel desperas superbius Ad ip̄m deniq̄ nullo pietatis. nullo dile- ctionis affectu mouer̄. Pudebat fortassis in seq̄ humilē boiem. vsq̄ q̄ pudebit hūi-

lē xpm imitari. Vide stupēdū ⁊ horrefce. flagellat̄ in circūcisioē leo de tribu iuda. vt b̄uiliē canis mortu⁹. filius boīs putredoz v̄mis. Circūcidit̄ in carne puer Iesus. vt absq̄ p̄pucio nos in corde ⁊ sensibz manea- mus. vt cū abraā nos filiū vnigenitū cum tota familia ⁊ v̄nacul. h̄ est sp̄m n̄m cū af- fectionibz ⁊ cognitiōibz vniuersi circūcō- redisciplinē cultro neq̄q̄z omittam⁹. s̄z tol- lam⁹ opprobriū egypti/si neq̄ pure d̄ pp̄lo neq̄ sed⁹ d̄i irritū efficere voluerimus. **D**ēs q̄dem h̄ agere puenit̄ clez p̄cipue. sic ip̄e p̄ ceteris in d̄ni forte electus ē. Exultet igit̄ cū tremore humili. ⁊ gr̄as agat ⁊ appa- reat in eo gr̄a dei ⁊ saluatoris n̄ri. **S**ed heu cler⁹ hodie quē p̄ maiori gr̄a. gr̄e vici- situdine repēdere dignū fuerat / plus alijs replet̄ ingratitudine. ⁊ p̄puciu sibi fecit ip̄ies- tantibz ⁊ secularibz desiderijs. neq̄ sobrie neq̄ iuste. neq̄ pie viuēs in h̄ seculo. **I**ta p̄gebā in meditatiōe mea. satirā in clez de clamare. Heq̄. n. in tā vber̄ indigniōis ma- teria deesse v̄ba potuerāt. Dum ecce stu- diositas speculatrix / ipozunitate q̄dā sua. gr̄adem q̄onum speculatiuaz siluā appo- nere videbat. vt plus sibi q̄ edificatiōe de- fuisse. **D**ic inq̄t̄ si xps circūcisus est an circūcisus resurrexit in gl̄ia disp̄gentibz fa- ctus. Ita me pie tenere n̄di. ad honozem eoz ex q̄b̄ xps fuit fm̄ carnē. q̄ est d̄s b̄ndi- dictus. ⁊ ad pueroz p̄fusiōē. Dic p̄ri- culā illā carnis d̄ginē. vt multi ferūt dimi- sit in terris. Et talis de effuso tūc sanguine qd̄ est: Rūdi q̄sdaz p̄res esse de integritate h̄uane nature ⁊ necessitate / sine q̄b̄ nō sub- sisteret. Quas dā de p̄gruitate. sine q̄b̄ neq̄ p̄fecte neq̄ decent existeret. Quas dā de sup̄fluitate. Prime due resumpre sunt sic i alijs resurgentiōibz fiet nō optet h̄ de reliq̄s. Si q̄s igit̄ v̄tenderit p̄riculā illā cum san- guine fuisse de integritate humanitatis p̄- mo vel sc̄do modo / illa resumpre sunt. ⁊ vel in terra nō manēt vel multiplicata sunt. **E**rat ne igit̄ pars illa carnis vel sanguinis per cōicationem idiomaticū de⁹. ⁊ si de⁹ vtz homo. Huius r̄nsionem tāq̄ egentē lōgā- sima ⁊ subtilissima p̄scrutatiōe / p̄creo. Et conseq̄nter illā si sit adorāda adoratiōe la- trie. Perge ad alia. qz melius est. hic nihil q̄ pauca dicere. **D**ic ad qd̄ p̄derat circū- cisio: Respondeo proderat originale pec- catum delendo ⁊ dando gratiā. sed nō ap̄- riebat ianuā paradisi. **D**ic q̄le dabatur. p

feminis remedium: Responsio fides pro
pria si adulte erant. vel parentū p puulis.
An alienigenas obligabat: Rñsio non
Cur añ die octauū nō ipēdebat: Rñsio
ppter tenentudinē. 7 ad resurrectiōis misterī
um: Quid de filijs isrl in dextro nō circū
cis: Pieteneo fuisse cū eis a deo reuelante
morsū dispēfatū. Dic si p cognationē spūa
lē circūcidēs circūcisio iūgebat: Puto cog
tionē hāc magi būana pñone. q̄ naturali
vel diuino iure inuētaz. Quod si q̄s aliter
sentiat ppter grām q̄ p̄fert. dicat p̄sequēter sic
de baptisimo. **D**ic an circūcisus filq; ba
ptizat? Insigniebat duplici caractere / 7 si i
eo grā duplex augebat. Ita si capax erat vs
triusq; 7 dū circūcisio currebat vtiliter.
Dic cur circūcisio q̄ data i fed? eternū cessa
uit. qd dico cessauit / imo facta ē mortifera
adeo vt Paul? denunciaret si circūcidimini /
p̄s nihil vob pdest: Dico q̄ p̄pe nō cessa
uit. s; trāsit in baptisimū. cur? erat figura
qd̄ igit mirādū. s; re exhibita figura cesserit
Sauget q̄onīs admiratōz. cur p̄p̄ p̄
uatiōnē circūcisionis 7 alioz legalū / pau
lus restitit petro? i facie / cū tñ ipē q̄sdā circū
ciderit. Igit q̄ pacto rep̄bēdit ipse qd̄ age
bat? p̄p̄m supiorē i auctate. ap̄latū senio
rē. 7 in grā p̄firmatū die p̄tecostes. q̄liter i
culpat paul? eū / 7 narrat non recte abulasse
ad vitatē euāgelij Rñsio distinguēda sunt
tpa 7 recordabūf scripture. Tps circūcisōis
triplex cucurrit. Currebat p̄mo vtiliter vsq;
ad baptisimū. Secūdo p̄missiue apud iu
deos vsq; ad publicatiōnē euāgelij plenis
tē. vt m̄ sinagoga honestas h̄ret exēq̄as.
S; tūc apud gētes / 7 p̄ ap̄ oēs pestifera
fuit ei? obfuaatio. p̄p̄ea Pet? 7 Paul? licē
te q̄sdā circūciderēt ex iudeis tpe illo medio
S; q; facta petri circa iudeos. gētes sc̄z
dalyabāt. q̄si sic deberēt circūcidi. Paul?
doctor gētiū auertit petz de re hmōi. q̄ to
ta sibi hūilitate paruit / 7 ita neut peccauit
saltē mortali. **S**ed dic si Pet? nō erra
bat in fide q̄liter sibi dixit Paul? cur ita fa
cis. Certe ex auctate legis diuine iubētis fra
ternā correctiōz / cui lege nemo nō subiect?
est Quid si pet? vsa vice Paulo restitit
set in facie nolēs adq̄escere. An paul? se ab
eo subtrahere. an nō obedire? An ad eccle
p̄siliū appellare potuerat? Si sc̄lū in h
supius erat petro vel ecōtra / si paul? restitit
petro vt ei? cardinal ex̄ns? vel vt eq̄lē se des
putās et nihil a petro auctatis. sic nec euā

gelij suū recipies? Quid si de facto in pau
lū excoicationis snias pmulgasset. an eas
Paul? tenuisset: Quid si Pet? p̄stitisset i
heroze. nunqd̄ eo facto papatū pdiderat?
q; si nō nunqd̄ tñ deponēdus erat 7 p̄ q̄s 7
quō? An sc̄lū sine eo potuisset in h̄ casu
celebrari: Quid si pet? vi armata errorem
suū defendere voluisset: nunqd̄ ipō etiā ma
nēte papa. vim v̄licuisset repellere aut ver
bis aut carcerib; aut ipa deniq; morte. **H**
ieronym? p̄terea 7 Aug. doctores eximij
cū discōrdēt in hac materia nunqd̄ alter eo
rū dicēdus est heretic? Ille paulū dispēsa
tionē mētū. h̄ Petz iuste rep̄bensū fuisse
defendit. **P**orro cur in cōcilio de cessati
one circūcisionis pet? sumus p̄difer nō tu
litiā s; iacob? Inuebā studiositate vt
taceret / 7 nō poneret in celū os suū Tūc ex
clamās dixit: Nunqd̄ nō expedit de talib;
in q̄rere. vt sciat q̄libet magn? cū pusillo q̄
litate sue potētie. sue subiectionis sui cor
dis. q̄ sibi cōpetit iure diuino / naturali. vel
būano. Alioq̄n error facile surripet 7 con
fusionis horrore cūcta fedarent. Quid est
igit qd̄ innuis mibi q̄si non liceat de potē
tia Petri disputare? Nonne de oipotētia
dei q̄tidie p̄q̄rimus. Sed tñ vis vt ista nē
p̄terea. reuertamur ad puez Jesum. **D**ic
si puez istū circūcisionis dolor atigit. cur
vtiq; gaudio magno frueret. Sic 7 forte
tātus q̄tus in passione nūc p̄uisa. **D**ic si
cor eius motib; oppositis dilatazione 7 cō
strictiōne simul mouebatur: Responsio nō
oportet. quia gaudiū superioris portiois
non redundabat in corpus. **D**ic si vere
compatiebat ei mater sua cōscia tanti gau
diū. tantiq; misterij non ignara? **R**espo
sio compatiebat 7 iam p̄transibat gladius ani
mam ei? vt non eximeret ab illa regula. q; p
multas tribulationes optet nos intrare i
regnū dei. Et hoc horrendū p̄ peccatorib;
quia aut hic erūt in labore hominum per
penitentiam. aut in societate demonum p
damnationem. **L**eterum dic cur hoc po
tissimum die christus circūcidi voluerit.
superstitiones impie in his Januarij kal.
plus vigeant. Responsio vt eas deserens
das ostenderet. **C**ur nondum cessauer
runt neq; in clero. neq; in populo. tam sup
encenij 7 alijs obseruationibus vanis et
varijs. q̄ super ritibus improbis per eccle
sias. quos appellant ludos fatuorum. si
cur de fatuitates sūt. imo infanie sacrilege

impie et blasphemie. q̄s int̄ ecciasticos ipu-
ne fieri stupor est: Aliquid apponi debet
p̄uisio. Ita deberet. sed plures audisti q̄
q̄o p̄ obet/ soluit p̄ nō facit. Prouideat gr̄a
di saluatoris nr̄i et sum̄p̄ōtificis diligētia
¶ **Q**uestiones h̄mōi multiplicare maḡ et
magis satagebat ip̄ortune nimis studiosi-
tas speculatric̄ in meditatione mea. Cui
ego. Holi p̄cor mihi molesta eē. Locū et tē-
pus aliō expecta/ Hō e iste disputōis spe-
culatiue act̄. sed edificatiōis practice. Tu
interi secedas alioz sū. vt de gr̄a dei et signis
ei/ certo p̄gat itinere f̄mo nr̄. p̄sertim ad si-
gnū secundū q̄d eē posuim̄ benignitatem
saluatricē. sic notat in nois impositione.
Si tū p̄us ex eis q̄ circa p̄mū signū dixim̄
q̄d est hūanitas seu hūilitas / p̄siderationē
moralē q̄druplicem notauero/ f̄m q̄tuor ef-
fectus gratie dei. q̄ sūt abnegare ip̄ietatē et
secularia desideria. Sed et sobrie/ et iuste/ et
pie viuere in hoc seculo. Quāq̄s malefusa
pestis adulatio p̄strepit/ et susurrās loq̄ p̄-
hibeat/ asserēt q̄ vetere puerbio. vitas odi-
um parit. Et q̄ nō opus est teneras morda-
ci radere/ vero auriculas. S̄ plus roboris
affert apl̄s in fine epl̄e/ stimulas quēlibet
p̄dicatore in p̄sona Tyti. Hec loq̄re et ex-
hortare. et argue cū omni ip̄erio. Nemo te
contemnat.

¶ **Prima considera-**

tio ad apparētē gr̄am di in circūcisione hu-
milis pueri Iesu. Princeps vel plat̄ q̄lis
bet/ et dicat solut̄ legib. pari d̄z legē quaz
ip̄e tulerit. Tu p̄ subditoz exēplo: tū p̄ re-
uerentia p̄stāda dō/ vt appareat gr̄a dei in
eo/ q̄ nō ip̄ietas aut secularia desideria vide-
deant d̄nari. Poterā hic vt gentiliū exem-
plis p̄prias in se leges q̄uis durissimas p̄-
uantū/ q̄z Valer̄ meminit. Sed abuius
de sac̄ e ad exemplū sūm̄ legislator x̄ps / et
p̄ntifer sūp̄m̄/ q̄ ob h̄ legē p̄pria nō soluere
s̄ in semet ip̄lere voluit vt ei/ actio eēt in h̄
p̄ncipiū platoz q̄ instructio. ¶ **U**bi nihil o-
minus notadi occurrit p̄tra eos q̄ tāta ob-
stinatiōe legib. mortuis hūanis adherēt/
legē viuā fundatā in lege et̄na/ et in eq̄tate/
seu ep̄ikerā penit̄/ vel iqr̄ates vt spernētēs
q̄ let p̄fici et iplet dū vel in finē meliorē/ vt
salubriorib. medijs ordinat̄/ q̄ finis e caris-
tas/ f̄m apl̄m. Alioq̄n x̄ps legē antiquā n̄
iplest/ q̄ soluit. Et h̄ documētū n̄ me-
diocriter spectat ad sc̄isma p̄ns/ cui/ sedatō

nē inuenire nō sufficerēt leges hūane iā cō-
dite. nisi sup̄ior lex diuina viua et architecto-
nica p̄sulat. Qd̄ q̄ forte n̄ fat̄ actū e vsq̄ i
p̄ns. obrigit q̄d ait d̄ns in Elia. Timue-
rūt me mādato boim et doctrinis. Iō ecce
ego addā vt admirationē faciā p̄plo huic.
miraculo gr̄adi et stupēdo Peribit enī sapi-
entia a sapientib. ei/ et intellect̄ p̄udētuz
ei/ abscondet. Ex q̄ loco sup̄sit Iesus illud
ip̄operiū p̄tra p̄barifcos. q̄ inuū faciebāt
mādātū dei p̄t suas traditiōes. Audirent
ytinā ista auriō suis bi q̄ legē euāgelicā. le-
gē diuinā cū p̄fessorib. suis deserētēs. hūa-
nis inuentiōib. in cumbūt toti/ adeo vt ad
superiorē legē illā oculos attollere vel non
valeāt ex ruditate. vel nolint ex iniquitate. vt
negligāt ex inerti segnicie. Tu tū vbi leges
hūane nō sufficiūt/ put in sc̄ismate p̄m̄ cō-
p̄tū videt̄/ vt ad legis diuine radicem et int̄-
p̄rationē p̄sultatio referat̄. et f̄m eam p̄stitu-
tio formet/ necesse est. Quid at̄ mali q̄d pe-
riculi. q̄d p̄fusionis attulerit p̄tempus sa-
cre scripture/ vt q̄ sufficiens p̄ regimie ec-
clesie (alioq̄n x̄ps fuisse legislator ip̄fect̄)
interroget experientia/ p̄sideret clerus. cui de
sp̄sari debuerat sapientia. q̄ de sursum e pa-
cifica et pudica/ an ip̄e fornicat̄ est cū/ dul-
tera illa meretricula sapia terrena/ animalī
et diabolica. Status in sup̄ ecclie nō ne fas-
tus est tot̄/ q̄si brutalis et monstruosus/ vbi
celū deorsum. h̄ est. s. id q̄d sp̄iale est/ et ter-
ra sursum. sp̄s fuit et caro dominās. p̄n-
cipale accessorū. et accessorū p̄ncipale/ vsq̄
q̄ ad h̄/ vt quidā delirare nō dubit̄. q̄ p̄ i-
uētiōes hūanas et meli/ q̄ p̄ legē diuinā
euāgelicā regeret. q̄si min̄ sit aia/ q̄ corp̄.
et sp̄ialis q̄ carnalis fruct̄. Nec asserō/ p̄
meā fidē. blasphemā e. nedū falsa. Euāge-
lica q̄ppe doctrina p̄ suos p̄fessores dilata-
uit eccliam vsq̄ in celū. q̄ filij agar ex q̄ret̄
sapiam q̄ de terra est/ detrusit vsq̄ i cenū
Et q̄ nō ex toto corruerit e ex gr̄a dei. et sal-
uatoris nr̄i. Nec ego loq̄reo liberius/ quo
mih̄ p̄scius sum nō ex c̄stu. non ambitū. n̄
ad laudē p̄pria mee p̄fessionis/ sed p̄ asser-
tione vitatis. et vtilitate publica hec dice-
re. Quia ad veritatē/ curia ista theologiaz
hacten̄ min̄ debito p̄mouit. ne dicā sp̄es
uit. q̄ tū omnē sibi/ q̄ pollet/ gl̄am addidit
¶ Per q̄d: Per p̄dicatiōē hūilem generati-
cem deuotionis in cordib. h̄ delū maxime
p̄ncipiū. Nā si desit religiosa deuotio. h̄
notatio eccliaz q̄lis erit? Prouideat gr̄a

summi pontificis vt nunc cepit.

Consideratio secūda

Apparens gratia in humilitate pueri Jesu circūcisi docet prelatū quem liber. vt iuxta consiliū sapiētis/positum a Tullio q̄sto maior est. humiliter se in omnib. Et ab omni se superbie intemperantiaq; signo/circūcidat. Tanto enī esse humilior/et ad seruicidū p̄mptior q̄sq; debet munere ait Grego. q̄sto se obligatō rem esse conspicit in reddenda ratioe. Haz ab eo cui plus cōmittit plus exigitur. Ita vt saluberrimū sit christi documentū/metaphisicali ratione fundatū. Qui voluerit esse maior: inter vos erit omnium minor et minister/q; fm magnitudinē dominationis est subiectionis gradior obligatio. quā ob rem summus potest non ficta verborum humilitate sed veritatis attentione profunda/nominatur seruus seruorum. Et certe ita seruū. vt fm p̄gationē cordis et si nō semper fm exhibitionē opis/īpe vitā suā q̄sto magis statū suū exponere p cuiuslibet subditū sui salute. nedū p toto grege/ teneatur. Docita sentire catholicū est stabilitū in h̄ vitatis verbo. bonū pastor aiā suā ponit p ouib; suis. Et ita corde credit ad iusticiā ore autē v̄ scripto p̄fessio fit ad salutē. Alio q̄n nō inuist? sit lucifer qui ita p̄esse voluit fm doctores vt subiectionis vicissitudinem subditis nō referret/cū et opposito īpe pl̄ aliorū cōmodis obseq; velle debuerat. Et hac itē p̄sideratione/culpanda redduntur pompa supba. p̄pa male sobria plato rū q̄rundā in fastu mūdano. querentū n̄ bilomin? excusationes in petis. et dicentū q; bec pompa honorat ecclesiam. Honorat vero. imo vere onerat et destruit factis et cēplis. Neq; enī in ornatu sp̄dido. neq; in tanto v̄uuiuo neq; enī in discolorū et comatuloz clientū numero/ sed in spū mundo/ et cōsideratione sc̄tā/ honor ecclesiastic? illu straf. Q; si q̄s platorū in pompis istis puerili et vana ecultatione delectetur. si ad honores caducos gloriabūdus exbilarecat. si de se faciat idolū et statuā. Habuchodono for/ gaudēs laudari. gaudēs coli/ et nō potius eborreat instar xpi. q̄ summos inter honores fleuit. si nō memor sit iubētis in vestitu negligētis vnq;. et die honorū sui ne extollar? Quidat obsecro vidat talē ne tādē seip̄ tanta p̄rie et aliene adulationis ludificatō

ne decipiat/ q̄d iuxta v̄bū comici/ ex stulto h̄ et ex vni glioso/ insan? fiat. Qualitē insanus? Lerte lesus in iudicio rōnis sic ledit philocap? Dis q̄ppe passio p̄fundata et radicata circa aliq̄d cupisibile. sit illud bonoz sit opulētia. sit ābitio. sit voluptas/ reddit boiem demoniaco silem. fm dicitur Dugenis in exp̄iētia fundatū. Dētor si nō tpe meo talis appuit/ et v̄boz copia et iurū sc̄ia et abstinētia samar? corpe vegeto et forti/ quē vsq; ad h̄ insanū reddidit ābitio ceca. p̄tēptit alieni ois p̄siliū/ laudib; suis credula. vt putauerit p̄ illiū dēs plurimā esse ver? papa recordit elect? Et cū ita desiperet nihilomin? affirmabat se p̄ multos ānos nihil tērationis a vana glā sensisse. Cū p̄tērea moneret vt sapiētiorū crederet p̄silio. nō inq̄t q; factū meū tale t̄m q; ē/ vt ali? a me nemo illd̄ itelligat. S; q̄d mirandū ē in boie fragili demētā h̄ac surrepsisse cū sapiētissim? oli āgeloz lucifer/ q; seip̄m nō in luce vitat/ s; v̄mbra p̄rie vanitatis intuebat. et voluerit n̄ solū silis altissimo/ s; extollit sup oē q̄d d̄ de? et ifana et fantastica p̄concep̄tē d̄nationis libidine. Vult q; ritib; et sacrificijs coli/ p̄ similitudinē ad deum. sic sacrilege artes magice palā tradit. Propterea saluberrimū ē/ vt plar? libēter audiat et frēq̄nter/ q̄ hūilia sunt et culpabilia de seip̄o. q; nō ē q̄ n̄ peccet. dicatq; cū p̄pha. Incepabit me iust? et. Amis ei h; multos q̄ vel adulatione/ vel dignitat; honoratōe sibi loquū magnifica/ appouētē fomētū morbo supbie. quē v̄rillū medicamē. vel tiriaca p̄rie rephēsionis et fragilitatis/ sufficit expellere. et dare locū gratie dei saluatoris nostri.

Consideratio tertia. 5

Apparens grā dī saluatoris n̄ri i subiectione ad legē p̄p̄iaz circūcisionis documēto ē plar? vt iuste vinētes n̄ iponāt onera gūia statutoz et legū hūerū subditoz. d̄gito āt suo nolint illa mouere. quē admodū ipropat xps phariseis. Nec p̄sideratio redit ad p̄mā/ in itē illi snie. ex emplo xpi firmate. Patere legē quā īpe tu/ leris. Et eēt p̄fecto grādis in h̄ loco q̄relaz materia/ p̄tra tot et tā leues excōicationū et irregularitatū fulmiatōes. p̄tra tot onera statutoz. puincialiū et sinodaliū. ad lucz q̄ le. vel aie vel burse. nouit de? Cōtra tot re/ fuationes casuū in foro p̄fessionis p̄rim

occultoꝝ. q̄ confessionē supra q̄s dicit p̄t ipedi
unt. Loq̄r expt̄ r̄ doct̄ ab expt̄is. S̄z de
his alias. X̄ps legislator. nōne legē euāge/
licā dilatare ponerat. Potuerat eq̄dē. sed
hūane fragilitati gr̄ose descendēs. necē/
ria nos docuit ad salutē. ea p̄ nibilo q̄si des/
putās. q̄ mortālē hāc vitā/iamiaz in momē
to periturā. vel regere vel sustētare viderēt.
sciēs q̄ nisi lex vīna euāgelica r̄ etna dñē.
leges sc̄pte nō solū sup̄uacue/ s̄ crebro p̄ni/
ciose reddant. Vult q̄ p̄lar̄ ecciam subditā
felicē dirigi. Vult arbitroz/ bonos ille vi/
ros. timētes deū eq̄tate r̄ meritis p̄spicuos
regimini p̄ficiat. ad oneribz legū r̄ statuto/
rū subditos p̄mar. Flā sup̄ hūc cardinē vo/
luj d̄z eccie reformatio/ q̄m si colūne putref/
si inualide sūt/ sustētari debētes ecciam. p̄/
tes reliq̄ q̄li v̄tute subsistēt/ inuitētes parie/
ti iclinato r̄ macerie depulse. Multiplicē
q̄nlibet hūane traditōes. Si cupiditas
carnal/ r̄ fast̄ nō hūilitas regnet in platiō
audiam̄ q̄d seq̄t incōmodi. Etenī p̄tās cō/
ferēdi b̄nficia/ r̄ silia/ aut relinq̄t talibz. Et
q̄s dubitauerit. q̄s nō viderit. q̄tū subuer/
tēt. pueriēt r̄ eueriēt oia p̄motiōibz indiēz.
Si ablatō fiat ab eis. retinēte sibi oim col/
lationē sūmo p̄ntifice. nunq̄d nō supra vi/
res erit h̄ negociū/ nunq̄d nō cū moyse stul/
to labore p̄sumēt. Flōne mōstruosū crivis/
dere caput vsurpās mēbroꝝ oia inferiorū
officia. r̄ q̄si sit gladī delphic̄ ad omia se
aptās. S̄z r̄ curia sua. curia romana. q̄ ad
silitudinē hierarchie āgelice ordināda erat
r̄ replēda viris caritate feruidis/ r̄ p̄templa/
tiōe suspēs. vt seraphin. viris sapia diuina
splendidis vt cherubi. viris eq̄tate firmissi/
mis vt throni/ nōne mutabit̄ curiā peccā/
tū. r̄ q̄ nutiri debebāt in croccis āplexabū
tur sterora. Ita enī arbitrat̄ ē oia spalia/
eqū arbit̄ apls. Fiet̄ q̄z m̄lti p̄curatores r̄
corotarij b̄nficioꝝ. (Holo de simonia q̄c̄q̄
dicere) Fiet̄ insup nō tā p̄motores q̄ inuo/
lutores cāz friuoloz atz p̄fanaz/ dimissa
oi spūalitat̄ cura. Quid dico dimissa. Uti
nā h̄ cēt. s̄z sic neq̄ssimū/ irridebit̄. ab omia/
bit̄. p̄seq̄t. r̄ ad imitatōz curie diabolice. ma/
ior ille freq̄nt erit/ q̄ astutior. q̄ p̄fidior. q̄ i/
portunior. detrior. cupidior. mis̄rior. Auert̄
tas h̄ nefas gr̄a dei r̄ saluatoris nostr̄.

Quarta considera.

Apparēs gratia dī r̄ saluatoris nostr̄i
Iesu/ exigit vt platus nō potētia sub

ditis/ s̄z gr̄am ofidat̄. vt ip̄e p̄trea doloret
r̄ gemit̄ offerat deo/ p̄t se circūcidēs. pie
q̄ viuēs/ necdū alijs p̄dicauerit/ officio enī
platiōis adiūcta ē obligatio p̄dicatōis/ ip̄e
reprobz inueniat̄. Quidni p̄lar̄ gratiosus
se/ nō rigorosū p̄beat/ cū ip̄e circūdat̄ sit in
firmitate. egēs gr̄a dei. nesciēs introitum r̄
exitū suū. īgrans an turbationes in subdi/
tis. ex culpīs p̄p̄is tanq̄ occultis. vel ab al/
lienīs. vel sil̄ ab v̄trisq̄ suscitēt. ita vt necē
bēat obsecrare cū p̄pha. Ab occultis meis
mūda me dñe. r̄ ab aliēis p̄ce suo tuo. Hāz
sic p̄ delicto populi pastor. ita p̄ pastoris
errore p̄pls plectit̄. Hoc vidit iob q̄ dicit d̄
deo. q̄ regre facit bipocritā p̄t p̄ctā popu/
li. Qualis aut̄ p̄niciosior pestis p̄ populo
alta ē. q̄ bipocrit̄ in suo vel p̄ncipe vel p̄la/
to. S̄z ita digni sunt aliq̄ nō nisi p̄ reprobz
bos regi. r̄ aliq̄ nō nisi reprobz p̄fici demerē/
tur. Quidni igit̄ ip̄e pastor sp̄ pauid̄ inue/
niatur. nō se iustificans. nec iustificari cup/
piēs. extimescens ne dederit cām scandalo
dicens. cum David. Ego sum q̄ peccauī. r̄
cū Jona/ si p̄pter me turbatio facta est m̄tō/
tite me in mare. Quo v̄bo magnū illū Gre/
goriū nazanzenuz vsūm fuisse r̄ ob h̄ v̄bi
Constantinopolitane cui p̄nilis erat/ cessis/
se. ecciastica meminit historia. (Recogi/
tet platus enī deuotionis sibi conscius. p̄/
sertim dū innumerabiles viri in oppositā ad
se pergūt sniaz. Recogitet q̄d dicit aposto/
lus. Nihil mibi p̄sciū sum. sed nō in h̄ ius/
tificatus sum. Quis ad hoc verbū nō ex/
pauescat. Sed r̄ āgel̄ sathane trāfigurāt
se in angelū lucis. insidiatur in abscondito.
spargit v̄biliber laq̄os q̄s obumbat specie
virtutū. Ita vt horrendū valde sit q̄d dicit
Sap. est v̄ia q̄ videt̄ homini iusta. nouissi/
ma aut̄ eī ad mortē ducit. Sic platus nō
nunq̄ dum eē gloriā plenius gratia dei. re/
plet̄ est īsensibiliter astucia diaboli. Quā
multa q̄tidie (exempli gr̄a) credit aliq̄s fa/
cere ex magnanimitate/ q̄ sūt ex arrogātia
r̄ p̄sumptione. q̄ multa ex indulgētia hūili/
q̄ pietate/ q̄ oriūt̄ ex desidiolo torpore. vel
certe (q̄d mirādū ē) ex vana ostētatōe r̄ glo/
riatōe sup̄bissima/ ad h̄ dūrat̄ vt paciētie
r̄ mie laudē cū magnis viris meruisse cre/
